

Dictum egre-
gium.

De vitreo va-
se signo cruce
rupto.

Assuetudo
maxima.

Doctrina op-
tima.

Quoniam extra nos
dicamur esse.

Lux. xv.

Secum habita-
re quod sit.

Act. xij.

veteri cogebant noua meditari sic prauis moribus spiritus grauis est vita bonorum: tractare de eius morte aliquid conati sunt. Qui in isto consilio venenum vino miscuerunt. Et cum vas vitreum: in quo ille pestifer potus habebat re- cubentem primum ex more monasterii ad benedi- cendum fuisset oblatum: benedictus extensa manu signum crucis edidit et vas quod longius tene- bat: eodem signo rupit. Sicque fractum est: ac si in illo vase mortis per cruce lapide dedisset intellexit primum vir dei quod potum mortis vas habuerat: quod portare non potuit signum vite atque illico surrexit et vultu placido mente tranquilla quocumque fratres allocutus est di- cēs: Misereatur vestri fratres opus deo quare in me facere ista voluistis? Numquid non prius dixi quod vestris ac meis moribus non conueniret? Ite et iuxta mores vestros vobis patrem querite: quod me post hec minime habere potestis. Tunc ad locum dilecte solitudinis rediit: et solus in super- ni spectantis oculis habitauit secum. **De.**

Quius patenter intelligo quid nam sit habitauit secum. **Grego.**

Sicut viri et seynanimi conspirantes sueque puerfationi longe dissimiles co- actos diu iustiere voluisset: fortasse sui vi- goris vsu: et modum tranquillitatis excederet atque a contemplationis lumine mentis sue oculum declinasset: dumque quattidie illorum in correctione fatigatim minime curaret sua et se forsitan relin- queret et illos non inueniret: Nam quoties per co- gitationis motum nimie ex nos ducimur: et possumus et nobiscum non sumus quod nosmetipsos minime videtes per alia vagamur. An illud se- cum fuisse dicimus quod in longinquas regiones abiit: portionem quam accepit suscepit: vni in ea ciuium adhefit porcos pavit: quos et māducare fili- os videret et esuriret. Qui tunc cum postmo- dum cepit cogitare bona quod perdidit sic scriptum est illo est: in se reuersus dixit quati mercarum in domo patris mei habundant panibus? Si igitur secum fuit vni ad se rediit? Illic igitur venerabi- le virum secum habitasse dixerunt quod in sua spiritus custodia circumspectum an oculos perditionis se spiritus aspiciens: se spiritus examinans: extra mentis sue oculum non diuulgauit. **Petrus.**

Quid ergo quod de petro aplo scriptum est dum in carcere ab angelo eductus fuisset quod ad se reuersus dixit Nunc scio vere quia in istis angelum suum et eripuit me de manu herodis et de omni expectatione ple- bis iudeorum? **Gregorius.**

Dubio modo petre ex nos ducimur: quod aut per cogitationis lapsu sibi nosmet ipsos recedimus: aut per contemplationis gratia super nosmetipsos leuamur. Ille itaque quod porcos pavit vagatione mentis et immunditie sibi semet ipse cecidit iste vero quem angelus soluit eius quod me- te in certam rapuit ex se eadem sibi super semetipsum fuit. Uterque igitur ad se rediit quoniam et ille ab erro- re opis se colligit ad cor: et ille a contemplationis culmine ad hoc rediit: quoniam in intellectu coram et pri- us fuit. Venerabilis igitur benedictus in illa so- litudine habitauit secum: in quantum se intra cogi- tationis claustra custodiuit. Nam quotiescum- que hunc contemplationis ardor in altum rapuit: se per- culdubio sub se reliquit. **Petrus.**

Pacet quod dicitur: sicut quod si dicitur freres debuit quos semel suscepit. **Grego.**

Quod aduati equanimiter portandi sunt mali: vbi inueniunt aliquid quod adiuuent boni. Nam vbi omnino fructus bonis deest: sit aliquid in malis laboris superuacuus: maxime si e vicio carnis suppetat: quod fructum deo valeat ferre meliorem. Vir itaque scius propter quem custodiendum staret quod omnium animarum persequentes cerneret? Et sepe agit in animo per- fectorum quod scilicet pertereendum si est: quod cum labo- re suum sine fructu esse considerat in locum alium ad laborem cum fructu migrat. Unus ille quod egre- gius perdicator: quod dissolui cupit et cum christo esse: cui viuere christus est et mori lucrū: quod certamina passionum non solum ipse appetit: sed ad toleranda hec alios et accedit damasci persecutores passus ut potuisset euadere: minus: tunc sibi spor- tam quod sibi seque latenter deponi voluit. Num- quid nam paulum mortem dicimus timuisse: quod se ipse per iesu amore testat appetere? Sed cum in eodem loco minorem sibi fructum adesse conspi- ceret et grauem laborem ad laborem: se alibi cum fructu seruauit. Fortis etenim preliator dei teneri tra claustra noluit certaminis campum quesuit. Unde idem quoque ve- nerabilis benedictus si libenter audis: citius agnoscis: quod quot viuos ipse indoci- les deseruit tot in locis alijs ab anime mor- te suscitauit. **Petrus.**

Ita esse ut doces et manifesta ratio et platum congruū testimonium declarat. Sed queso: ut de vita tanti patris ad narra- tionis ordinem redeas. **Quemadmodum** constrinxit sanctus benedictus. xij. cenob- ia: et de susceptione mauri: et placidi pue- ro: um. illustriū. **Grego. La. iij.**

Duobus mo-
dis extra nos
efficimur.

Habitauit se-
cum.

Quando ferē
di sint mali.

De mutado
loco.
Philipen. j.

Ac. ix.
ij. chorin. xij.